



1103

Elephus solus nuper me detinuit, ad devotionem quoque, quod non ingratum mihi fuit, abductum, unde factum, ne Programmati CXXIV. collocupletando pluratum subjecerim. Jam itaq; præstabo.

Quia ergo num. IX. memineram, *Cantu laborem falli*, inque eam rem locos quosdam Ovidianos adduxerat, qui postea occurserunt, huc ponam. *Statius l. IV. Silvar. ad Marcell.*

— — nos otia vitæ

Solamur cantu

Virgil. IX. Æneid. v. 191.

— — dum canit & mœstum musâ solatur amorem,

Item Eclog. IX, 61. — — heic Mœri, canamus,

heic hœdos depone, tamen veniemus in Urben :

aut si, nox pluviam ne colligat antè, veremur,

cantantes licet usq; (minus via lædet) eamus :

cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo,

Ubi Commentator Wittenbergensis: Minus tædij erit in viâ, licet jugiter eamus, quia cantantes. Et Georgic. II, 417: Jam canit extremos effœtus vinitor antes: quò pertinere videtur locus *Jerem. cap. XXXI, 5*: Ita etiam veteres canere soliti sunt, cum uvas calcarent in vineis, quod ait *Drusius in Hoseam* (cap. II, 15:), idq, eruendum dicit

*ex Judic. IX. 27: Jes. XVI, 10: cui addo Jerem. XLIX, 33: Quò* facit, quod *Dieterichus ex Augustino* monet opifices, ne ex eorum velint esse numero, qui vanitatibus & turpitudinibus theatra carum fabularum donant corda & linguas suas, etiam si manus ab operi non recedant: immo jubet manibus divina cantare carmina, ipsumq; laborem divino celebvs male consolari (Analy. Evangel. Domin. V. Trinit. part. I. observ. 5.). Et Bruno episcopus Herbipolensis (quem edidit Lipsia ann.

1533. Jobann. Cocblæus) in Psalterio super Psal. CXIX, v. 54. Cùm dicit *cantabiles*, significat psalmодiam cum magnâ delectatione per agendam: *Cantus enim semper relevat labores, & non sinit surripere (leg. subrepere) tedium animo.* Celebris est allegatissimus ille

B. Hie-